

§. I.

Quid universum sentiendum de Capite vigesimo-quarto Ecclesiastici, primum sibi locum exambiente, utique in Christi ac Deiparæ obsequium.

IN primis, ut mihi certum, legentibus statuo, Caput libri Ecclesiastici vigesimum-quartum ac præcipuum occupare locum. Etenim, siue illud totius operis fronti præfigas, (ut nos præfigendum putamus, historico ordine attento) siue, ut nunc extat, inter quinquaginta capita quasi medullium teneat, utique ab eo uno, mirabili connexionem & artificio, cætera omnia principium sumunt & originem, ut à capite aut reliquum corpus, aut brachia sese hinc, atque hinc explicentia.

Si verò cupiam hoc insolens appareat, & nimium nos in ipso vestibulo audere autumet, cum adversus correctorem Bibliorum auctoritatem videamur vulgatam capitulorum divisionem corrigere; sistat, quælo, parumper gradum, atque auctoritatis & rationis momenta, quibus prior illa pars nostris immititur assensu, serio pendat. Sanè, indubium omnibus esse debet, sacra Biblia conscripta ab initio fuisse non solum absque numerorum, sed etiam absque capitum distinctione; hæc enim arithmetica divisio, quæ nunc extat, recens omnino est, abhinc quingentis annis facta. Sic observant Sixtus Senensis lib. 3. Bibliotheca sanctæ, titulo de partitione, Methodo 4. & noster Salmeron to. 1. Prolego. 9. Quinquagena 1. Canonè 22. & multi alii vulgariè, quos molestum esset referre in re adeò perspicua.

Senensis. Salmeron to. 1. Prolego. 9. Quinquagena 1. Canonè 22. & multi alii vulgariè, quos molestum esset referre in re adeò perspicua.

Subinde etiam, extra omnem sit dubitationem, in Prophetis sæpè non servari ordinem Regum & temporum, sed præponi prophetiam, quæ posteriùs contigit, & è converso; ut eruditè probant, inter plures alios, nostri Gaspar Sanctius ad c. 6. Isaie, & Cornelius Canonè 3. in Prophetas majores. Et firmatur prænotatione & ratione S. Hieronymi in c. 21. & 25. Jeremiæ, & in cap. 29. & 30. Ezechielis. Non enim (ait secundo illo loco) Prophetis curâ erat tempora conservare, quæ Historiæ leges desiderant, sed scribere utrumque audientibus, aut lecturis utile nocerant. Unde & in Psalterio male quidam iuxta textus Historiæ Psalmorum requirunt ordinem, qui in Lyrico carmine non observatur. Et in caput illud 21. non minus perspicuè, ac certo: Enotandum, inquit, quod in Prophetis, maximeque in Ezechiele, & Jeremia, nequaquam Regum & temporum ordo servatur, sed præpostera quod iuxta Historiam postea factum sit, prius referri, & quod prius gestum est, postea aliud enim est Historiam, aliud prophetiam scribere.

S. Hieron. Non enim (ait secundo illo loco) Prophetis curâ erat tempora conservare, quæ Historiæ leges desiderant, sed scribere utrumque audientibus, aut lecturis utile nocerant. Unde & in Psalterio male quidam iuxta textus Historiæ Psalmorum requirunt ordinem, qui in Lyrico carmine non observatur. Et in caput illud 21. non minus perspicuè, ac certo: Enotandum, inquit, quod in Prophetis, maximeque in Ezechiele, & Jeremia, nequaquam Regum & temporum ordo servatur, sed præpostera quod iuxta Historiam postea factum sit, prius referri, & quod prius gestum est, postea aliud enim est Historiam, aliud prophetiam scribere.

Theodor. Consonat Theodoretus ad cap. 21. Jeremiæ, ita: Sciendum est porro prophetias non ex ordine postas esse. Lege Hugonem, & Lyran. ad cap. 21. Jeremiæ, & Dionysium ad c. 25. & communiter ibi Interpretes.

Prima Isaia scriptura est caput eius sextum.

Unum ex Isaie scriptis exemplum produxerim. Sextum illius prophetiæ caput, si in scribendo ordo temporis, ac rei gestæ servetur, non sextum, sed primum esse debet: nam

hanc primam Isaie extitisse visionem & prophetiam ante prædicationem suam, plures atque gravissimi Doctores opinantur. S. Hieron. Epist. 142. ad Damasum to. 2. Carthusianus, Vatablus, noster Sanctius, & ex recentioribus nonnulli alii: quod etiam probabile iudicant Forerius, & Cornelius: & nervosè probatur ex ipsa visione, & verborum contextu. Ibi enim Isaia à Deo initiatur Prophetæ, & consecratur, ea adhibita sacra ceremonia igni calculi, sive carbonis labia expurgantis, blesamque alioquin linguam efformantis: atque exinde Vates ad prædicandum mittitur, ut mitti satis claret ex contextu. Isaia (Hieronymum audis) qui ultro se obtulit incipiens prophetare, à maledictis capit. Aure audietis, & intelligetis &c. Imò & Chaldaeus Paraphrastes illa v. 7. verba, & tuiq; os meum, sic extulit; & posuit in ore meo spiritum prophetiæ. Maneat igitur, in Isaia, sicut in aliis etiam Prophetarum voluminibus, ordinem temporis esse immutatum, quatenus plura collocantur posteriùs, quæ prius tempore contingere, & è contra; caputque Isaie 6. cum prior fuerit vaticinatio, primum esse caput, etiam scribendi, seu collocandi ordo sit inversus.

De Psalmorum libro quid sentiendum ad rem præsentem, ostendit Chrysostomus in Procemio 2. ad Psalmos. Neque enim, ait, Psalmi sibi sunt per ordinem, sed ut unusquisque inventus est. Et id ostenditur per multos Psalmos. Quadragesimus enim tertius habet inscriptionem: Canticum adversus Goliath: Tertius autem Psalmus habet inscriptionem: Psalmus David quando fugiebat à facie Absalon filii sui. Quis autem nesciat quàm sint antiquiora quæ adversus Goliath facta sunt is, quæ adversus Absalon? Id autem Psalmis accidit eò quod liber perierit in captivitate Babylonica, postea autem inventus sit tempore Esdræ non totus simul liber, sed dispersus; utpote vel unus, vel duo, vel tres forte Psalmi: & fuerit compositus ita ut fuerint inventi, non autem ut ab initio dicti sunt. Pro eadem sententia extant S. Hieron. supra, Origen. lib. 2. in Epist. ad Roman. Salmeron Prolego. 10. to. 1. & Bellarminus in Præfatione ad Psalmos, ubi eruditè probat, Psalmorum ordinem non esse accommodatum tempori, quo scripti sunt. Satis enim constat, (verba illius sunt) Psalmum tertium scriptum fuisse quando David fugiebat persecutionem Absalonis, Psalmum verò quinquagesimum multo antea fuisse scriptum, quando videlicet idem David reprehensus fuit à Nathan ob crimen adulterii, & homicidii. Psalmum autem 141. adhuc antea scriptum fuisse, quando nimirum David in spelunca ob metum Saulis Regis delitescerat. Psalmum quoque 143. scriptum fuisse longè antea, quando scilicet David cum Goliath gigante pugnavit. Denique (concludit Bellarminus) probabile est, ac ferè certum, Psalmum 71. esse omnium

S. Hieron. Chalda.

S. Chryl. In Psalmorum libro non servatum temporum series.

Bellarmino

omnium postremum ordine temporis, cum scriptus sit in Salomone jam regnare incipientem; & post eum Ps. addatur: Defecerunt laudes David filii Jesse. Et tamen videmus Psalmum hunc non in ultimo loco, sed ferè in medio constitutum. Cur autem ita dispositi sint Psalmi, ut eos nunc habemus, non est facile divinare. Vide eundem Bellarminum to. 1. lib. 1. de Verbo Dei c. 7. ubi statuit: septem illa capita libri Esther, quæ in vulgata sunt postrema, haud esse re ipsa ultima. Lege Gretserum to. 1. defensionis Bellarmine.

6. Quod verò noster Sanctius Prolegomeno 7. ad Cantic. Canticorum excogitavit, valde est probabile: nimirum caput Cantic. 5. ordine historico esse primum; cum enim in eo sacro Epithalamio forma proponatur, quam veteres Hebræi in nuptiarum celebritate servabant; ipsa porò rerum natura docebat, ut ante legitimum & solemnem apparatus, & plausum præcedat sponsæ vocatio & invitatio, quod eo c. 5. fit. Unde ordine non quintum, sed primum, etsi quintum occupet locum. Adde, neque Pauli Epistolæ eo ordine, quo sunt scriptæ, fuisse in volumina digestas, ut rectè sentiunt Salmeron loco memorato & Cornelius ad Epist. Pauli in Argumento n. 8. Quod etiam de suis Epistolis tradit Plinius secundus junior lib. 1. Epist. 1. Hinc jam noster Serarius in Prolog. Bibliacis c. 19. quæstioncula 18. statuit & probat, capitum sectiones & numeros in sacris Bibliis canonicam fidem non habere. Et erit aliquis, qui piaculi loco habeat, capitum ordinem, quæ ratione monstravimus, invertere?

Sanctius. Canticum Canticorum incipit à cap. 5.

Cornel.

Caput Ecclesiastici 24. extat totius libri primum juxta narrationis ordinem.

Variè id probatur.

Eccle. 1. 1.

Philosophiæ parte versari, quæ plurima tradit præcepta ad rectam morum justificationem. Quod utique præstat concinnitate mirâ, pulcherrimo ordine, & rectâ connexionem, ut ita melius scopum sibi destinatum collimet; utriusque nempe Populi tam antiqui, quàm Christi omnimodam morum correctionem & efformationem, excelsumque sanctitatem. Concinnitas verò illa, ordo, seu recta methodus in eo potissimum resplendet, quod provinciam suam auspicietur à capite 24. ubi fuscè & præclarè de corporata Dei sapientia Christo Jesu, necnon de ejus Genitrice Mariâ, quorum in primis proponit elogia, virtutes eximias & præcellam sanctitatem ad omnium exemplum & æmulationem. Ut enim admodum eleganter S. Basilius aiebat de Christo in Constitut. Monasticis c. 2. Propter hoc humanam naturam suscepit, ut in se veluti in tabula quadam veram nobis pietatem ac virtutem depingeret, eamque omnibus nobis ante oculos statuat univique pro viribus imitandam, ceu Archetypum, proponeret. Quod idem, post Christum, autumandum de Deipara Virgine Filio suo quàm simillimâ, de qua vulgare illud Ambrosii lib. de Virginitibus. Sit igitur vobis tanquam in imagine descripta Virginitas, vitæque Mariæ, de qua velut speculo resulget species castitatis, & forma virtutis. Hinc sumatis licet exempla vivendi, ubi tanquam in exemplari magisteria expressa probitatis, quid corrigere, quid tenere debeatis, ostenditur. Addit è vestigio: Primus discendi ardor nobilitas est Magistri. Quid nobilius Dei Matre? &c. Hinc itaque ordinatissimè Siracides Jesus informare hominum mores aggreditur, homines ad omnes sanctitates formare, dum Christi ac Deiparæ panegyrim in primis concinnat, & concinit in eo capite 24. quod est totius Operis inchoatio. Et cur non caput hoc nomen primi vel contentiosè exambiat, quandoquidem, ut scitè loquitur Tertullianus lib. 1. ad uxorem c. 3. Ad primum locum certamen omne contendit.

Christus ac Deipara, morum exemplar ad æmulationem.

S. Basili.

S. Ambros.

Ad primum locum certamen omne contendit. Tertullianus.

§. II.

Christus ac Deipara in omni libro, vel prædestinationis etiam primum tenent locum; Primicerii sunt.

9. Imò verò etiam sine ulla contentione caput hoc 24. sibi vindicare debet primum locum, cum totum spectet ad Jesum & Mariam, qui semper & ubique cum primi sint, primi collocantur, vel in ipsa Dei prædestinatione, quæ solet in litteris inspiratis, liber vitæ appellari. Exod. 32. 32. Dan. 12. 1. Apoc. 1. 8. & c. 17. 8. & c. 21. 27. Philip. 4. 3. conscribuntur enim, & consignantur prædestinati in mente, & memoria divina, quasi in libro vitæ aureis litteris & lineis propria Dei manu exarato. Certè, primum hujus splendidissimi libri caput, veluti omnium prædestinatorum capita, occupant Christus, ac Deipara, à quibus suum exorsus est Deus librum, primò eos præscribens, deinde reliquos subscrubens. Nónne hoc illud est, quod Salomon intonat Proverb. 8. Jesum & Jesuparam inducens sic eodem tenore verborum loquentes, juxta Lxx. translationem. Dominus creavit me initium viarum suarum ad opera sua. S. Athanasius libri de Decretis Nicenæ Synodi legit, & exponit: Præfecit me operibus suis incipiendis, re-

S. Athanas.

